nunc audeat sacrificantium manus cū sit ipse nocentior pedibus quib;
filius nascebatur occisus est. hanc conscientiam criminum iampri
dem timebat propter hoc se non de presbiterio excitari tantum sed &
communionem prohiberi pro certo tenebat, & urguentibus fratribus
imminebat cognitionis dies quo aput nos causa eius ageretur nisi per
secutio ante uenisset quā iste uoto quodam euadendae & luendae
damnationis excipiens haec omnia commisit & miscuit ut qui eici de ec
clesia & excludi habebat iudicium sacerdotū uoluntaria discessione pr̄ece
deret quasi euasisse sit sit poenam preuenisse sententia circa ceteros autem
fratres elaboramus quos h abeo circumuentos dolemus ut ueteratores
perniciosum latus fugiant & laetales laqueos sollicitantis euadant
ut de qua ille pelli diuinitus meruit & ecclesiam repetant quos quidem
domino adiuuante per misericordiam regredi posse confidimus, neque
enim potest perire nisi quem constat esse periturum cū dominus in euan
gelio suo dicat. Omnis plantatio quā non plantauit pater meus celestis Mattei 17
eradicabitur. Qui plantatus non est preceptis dī patris & monitis solus
poterit de ecclesia ille discedere solus episcopis derelictis cū schismaticis
& hereticis in furore remanere, ceteras uero nobiscum adunauit dī pa
tris misericordia & xpī dnī nostri indulgentia & nrā patientia.

AD CORNELIŪ DE NOUAT̄ EXPLIC̄

INCIP̄ AD CLER̄ ET PLEB̄ DE UICT̄ QUI FAUSTINŪ PRESB̄ TUTORĒ NOMINAUIT.

Ciprianus presbiteris & diaconibus & plebi furnis consistentibus sal̄.
grauiter commoti sumus ego & collegae mei qui presentes aderant & presbiteri
nostri qui nobis adsidebant. ff. kk. cū cognouissemus quod geminius uictor frater noster de seculo
excedens geminium faustinum presbiterum tutorem testamento suo nomi
nauerit cum iam pridem in concilio episcoporum statutum sit ne quis de
clericis & dei ministris tutorem uel curatorem testamento suo constituat
quando singuli diuino sacerdotio honorati & in clerico ministerio
constituti non nisi altari & sacrificiis deseruire & precibus adq; oratio
nib;

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0221